



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118634

§. 87. Nicolaus Mortonus a Papa in Angliam decretus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67213)

„dit, & omnipotenti Deo tantæ Victo- Sæcul. XVI.
 „riæ auctori dicavit Anno millesimo A.C. 1569.
 „quingentesimo septuagesimo.

§. LXXXVII.

Nicolaus Mortonus a Papa in Angliam decretus.

Sub idem ferme tempus summus Pontifex Nicolaum Mortonum natione Anglum Theologiæ Doctorem, ac Apostolicum Romæ Pœnitentiarium in Angliam decrevit, ut plures Angliæ Proceres, qui haud immerito de Elisabetha Regina querebantur, solatio reficeret, atque afflictos de summi Pontificis præsidio certiores redderet: enimvero hoc Papæ studium omni laude dignum erat, quamvis in eadem occasione longius, quam erat, processisse videatur, dum Mortonno in mandatis dederat, ut eisdem Proceribus declararet, quod Elisabetha omni in Catholicos auctoritate excidisset: subditi enim alicujus Principis, cujuscunque demum Religionis sit, semper permanent ejus subditi, unde haud minor in eos adhuc est auctoritas legitima: eapropter hujus mandati executio flammam accendebat, quæ tum quidem adhuc sub cineribus delitescibat, progressu tamen

Bb 5 tem-

Sæcul. XVI. temporis in funestum incendium erum-
 A. C. 1569 pebat. (*)

§. LXXXVIII.

*Constitutio pro Inquisitione contra
 Judæos.*

Die vigesima sexta Februarii idem
 Papa Pius V. aliam edidit Consi-
 tutionem, qua cunctos Judæos ab om-
 nibus terris subditorum suorum, aliis-
 que locis, quæ quoad temporalem ju-
 risdictionem Ecclesiæ Romanæ subja-
 cebant, intra trium mensium spatium
 penitus excedere jussit, pœna amilic-
 nis omnium bonorum, & perpetuæ
 servitutis constituta.

(*) Hæc Continuator absque omni testi-
 allegat, ac pro more suo ejusmodi mandatum
 Mortono a Papa datum confingit, ut Prin-
 cipibus adulandi studio abreptus, politiam
 suam animadversionem obtrudere valeat: nec
 his contentus, Sanctissimum quoque Pontifi-
 cem insimulat, perinde ac si ille mandato suo
 crudelissimæ vexationis in Anglia contra Ca-
 tholicos excitatæ causâ, vel saltem ansa ex-
 stitisset, cum tamen omnium ubique hæreti-
 corum mos sit, una ex parte Conscientiarum
 libertatem deprædicare, alia vero ex parte
 ceteros vel ad suam sectam cogere, vel re-
 nuentes ferro, flammaque delere, imo in
 ipsos etiam suos Principes arma sumere.